

συμβολῶν ad Chorographiam Sec. XIII. adscribam: *Vntlinge. Mitichurspringen. Neubeim. Hevelde. Hest. Tating. Altbeim. Similperc. Tipating. Waginbeim. Stephingen. Awarn. Schachen. Tancperc. Elphawe. Mundvoing. Eichinlob. Wising. Mesindorf. Molbeim. Rabinswanc. Hobenreut. Steindorf. Frosheim. Gralingen. Hettperc. Prunnadir. Zigiheige. Tetting. Chalbub. Witintal. Tancholfing. Megilpab. Hymiltal. Spreide. Hermoting. Fluoter. Vorbach. Tanheim. Chogil. Michilperge. Horborc. Gunzswant. Speche. Rabswant.*

Fol. 149. succedunt Homiletica quaedam in diversa Evangelia depromta e Bedae cum Homiliis, tum Expositionibus, ut leguntur T. V. et VII. edit. *supracit.* non tamen sine interpolatione. Claudit agmen Lectionarium in *Nativitate Sancte Dei Genitricis Mariae*, quod censet *Lectiones VIII.* et incipit: *Adprobate consuetudinis est apud christianos sanctorum patrum dies natalitios observare diligenter.* &c. neque sapit Autorem de antiquioribus. Ad calcem rursus adscripta sunt quaedam de Coenobii possessionibus in *Mallinge, Herlavperge, pabcheim, Vreiling, chevinge, Schapron, Huntfheim* &c.

CCCLXXXIV.

R. 312 Codex membraneus lat. Sec. XIII. Folior. 127. f. min. eleganter exaratus, coloribus distinctus, et singulari forma literarum initialium e picturatis fasciis diversi-

mode plicatis et volutis visendus complectitur S. Gregorii M. Pont. Homilias XL. in Evangelia. Et quidem: *Incipit epistola Sancti Gregorij pape ad Secundinum tauromitanum episcopum. Reverentissimo &c. Inter missarum sollempnia &c. ut edit. Maur. Paris. 1705. T. I. col. 1435. f. legitur tamen hic: sed eandem dubietatem postmodum certa enuntiatione correxi, atque ita Gregorium scripsisse puto pro dubitationem et enotatione vel notatione. Epistolam excipit Elenchus Homiliarum, quod dein indistinctum in Libros II. decurrit praemissa cuius Homiliae Evangelii sui parte. Textus satis accurate cum Editis conspirat. Historiae Chrysaorii, sive Chrysaorii, quod ego nomen e Xeyros et Aurum confictum crederem, nisi Gregorius addidisset: quem lingua rustica populus Chryserium vocabat, Hom. XII. nobis fol. 24. propria Rubrica gaudet. Ob iter noto, insigne istud magni Pontificis Opus omisum esse ab Hambergero in *Zuverl. Nachr. von den vornehmst. Schriftst. P. III. p. 462.**

CCCLXXXV.

Codex chartaceus lat. Sec. XIV. U. 182 Folior. 252. f. per duas columnas exaratus, rubricis distinctus, et olim datus pro libraria collegiate domus ducalis a Nicolao kyenast de wienna capellano ad Sanctum Hieronymum continet sequentia: I. *Incipit prefatio beati Gregorij pape ad Secundinum Episcopum super quadraginta Omelias.* Ita quidem: